

fliffimè significasti epiftolis, quibus præceptum bonæ memoriæ Decefforis noſtri Johannis Papæ nobis in ſubditis tranſmiſiſti annexum, continens omnes conſuetudines ex privilegio Prædecefforum noſtrorum conceſſas vobis, & Eccleſiæ veſtræ debere ſervari. *Johannis Papæ Privilegium, de quo hic, quodque cum aliis Prædecefforum Pontificum miſerat Johannes Ravennas, datum fuerat Petro cognomento Seniori Johannis Prædeceffori, qui juxta calculos à me ſua loco inſertos, ordinatus fuit anno 568. Juſtino Juniore Imperante. Ex Manuſcripto Codice S. Ramigii Rbemensis, in quo poſt Johannis Ravennatis laudatam epistolam ſcripta erat, edidit illam Baluzius Miſcell. lib. 5. ipſe autem cum è re præſenti ſit, hic tranſcribendam exiſtimo, & ita habet.*

EXEMPLUM PRÆCEPTI.

Dilectiſſimo Fratri, Johannes. Convenire novimus rationi, ut eos amictu Pallii decoremus, quos, in illis Civitatibus divina inſpirante miſericordia Sacerdotii honor illuminat, in quibus hoc etiam illis, qui præteritis temporibus fuere Pontifices, ab Apoſtolica Sede eſſe conſtat indultum. Ideoque caritati tuæ uſum Pallii ſicut Deceſſores tui habuiſſe noſcuntur, præſenti auctoritate concedimus, atque ea omnia circa honoris tui privilegium volumus permanere, quæ anterioribus temporibus Eccleſiæ tuæ conſtat eſſe ſervata, ut nihil proſus de privilegiis ejus doleas diminutum. *Et ſubſcriptio Domini Papæ. Deus te incolumem cuſtodiat. X. Kal. Octobris Imperante Domino Juſtiniano (lege Juſtino) Auguſto. Juxta calculos prædictos data hæc eſt quinto die poſt Petri Archiepiſcopi conſecrationem.*

XV. Tabulis itaque exhibitis conſtat Juſtini Junioris ætate Pallium traditum Metropolitæ à Romano Pontifice, ac inter cæteros, Ravennæ Episcopis. Altorum, qui præceſſerant, Pontificum privilegia miſiſſe Johannem Magno Gregorio, ex prælaudatis epistolis maniſeſtum eſt. Aliunde Pallium miſſum uſque ab anno 501. à Symmacho Theodoro Laureaceniſi Episcopio ex hujus Pontificis epistola novimus, ſicut & Caſario Arelatenſi conceſſum ab eodem Pontifice teſtatur Vigilius, idem mittens Auxanio, literis datis anno 543. quæ quidem notavit Garnerius ad Titulum tertium Diurni Romanorum Pontificum, ubi tertia mittendi formula Pallii eadem ferè eſt, ac Symmachi Epistola laudata. Medio tempore, quod inter Symmachum, & Magnum Gregorium interceſſit, certum proinde, ac evidens eſt Pallium à Romano Pontifice conceſſum fuiſſe, non à Juſtiniano, vel Auguſto quopiam. Hunc enim Symmachus tempore receſſit, qui tradidit, Vigilius ſynchro-nus tradidit, huic ſucceſſit poſterior tempore Johannes ejus nominis III., qui tradidit. Si pites ſimus, niſi certo certius teneamus, & medios Pontifices tradidiſſe. Quid contra hæc momenti habeat, quod Vigilius ſemel, vel iterum pro Pallio mittendo Arelatenſi Episcopio Juſtiniani conſenſum expeſtaverit? Id porro haud conſeſit Pallii conceſſionem ad Auguſtos ſpectaſſe, ſed tantum tempora difficillima id excegiſſe diſpenſationis, ut pius æquè, ac prudens Pontifex ſibi, Eccleſiæque proſpiceret, caveretque ne diſſidentie notam incurreret apud Imperatorem tum temporis Romæ Dominum, cum & Barbari Italiani accupabant, & inter Auguſtum, Regemque Francorum pax minime firma eſſet, ſed diſſidiorum, bellique cauſe glifcebant; quod eruitur ex epistola ipſa Vigilii Papæ, quæ eſt tom. 6. Conc. Labbei col. 330. At quid agent

A *adverſaria opinionis Patroni de tot documentis indubitata fidei, ex quibus evidenter conſicitur, Pontifices Romanos nullo Auguſti conſenſu expeſtito, Pallium conceſſiſſe? Leve certò, ut modeſto verbo utar, ad Donationis Conſtantinianæ documentum recurrere, ut argumentum longè nimis peti-tum Pallii Romano Pontifici ab Auguſtiſ conceſſi, nancifcantur. Nos certis inſtitur, non ſuppoſiti-tiis, eiſue, quæ Oedipum, ut intelligantur, re-quirunt.*

XVI. Ut autem in viam revertamur, Johannis literæ ad Petrum Seniore, cum ad annum 568. ſpectent, & cum Juſtinus imperare cœperit No-venbri cadente anni 565. paulò ante Juſtinianus ergo deceſſerat; qui itaque factum eſt, eo jure Pallii Metropolitæ dandi uſo, ut Suceſſor ſtatim aſſumptus mira, adeò liberalitate à dando Pallio ceſſaverit? Præterea quomodo Johannes Petro Ra-vennati Pallium concedens ſcripſiſſet convenire id illis, quibus præteritis temporibus ab Apoſto-lica Sede conſtat eſſe conceſſum, ſi Vigilius penè Johannis immediatus Prædeceſſor Maximiano Pallium non dediſſet? Ruit itaque undiq; Agnelli aſſertum poſteriori, trahitque ruina ſua, & alte-rum prius de Pallio à Valentiniano III. primo Ravennæ Metropolitæ conceſſo.

XVII. Notanda in eam rem ſunt, uti à Gar-nerio notantur Formulæ ejus, quæ ad Symmachi ætatem pertinet, ſeu potius epistolæ ipſius Symma-chiana, verba illa; More majorum, & ſecun-dum morem tuæ Eccleſiæ; quæ oſtendunt non-omnium Pontificum primum extitiſſe Symmachum, qui Pallium Occidentis Metropolitæ tradiderit, quod tamen nonnulli voluerunt ex male intellectis Vigilii ad Auxanium literis. Quidni autem, quod more majorum fieri ait Pontifex, antiq-uitatem dimidii ſaltem ſeculi non importet? Planè ita eſſe, ac ita ſignificari, Pontifici controverſa-rum, quæ noſtro ævo exoriri debebant haud præ-ſio, cujus legitimum documentum habemus, cre-ndum potius eſt, quam Agnello ſchiſmatico longè poſt illa tempora ſcribenti, cum jam in Raven-nate Eccleſia obtinuiſſent de jure veteri, minime veri rumores. Certè ſepoſitis partiium ſtudiis, qui conſeret utriuſque ſententiæ momenta, Symmacho credet, non Agnello.

D *XVIII. Quandoquidem verò Pallii dati queſtio ideo momentum habet, quia neceſſario quodam-nexu poteſtatem per Pallium ſignificatam importat, exigua jactura erit, quod antiquioribus documen-tis deſituamur, quæ Pallium datum nos doceant à Pontifice, dummodo certi ſimus de poteſtate trib-uta, & Metropolitibus per eoſdem conſtitutis. De ea autem re adeò evidenter liquet, ut à nullo ve-ritatis amante in dubium id verti poſſit. Unus omnium ex veteribus rei clariffimæ nubem obduxit Agnellus; cui Rubens nimium credens effecit, ut bis qui nodum in ſcirpo quærunt, videretur ſatis ſibi præſidi eſſe, quo rem toti antiquitati ignotam orbi obruderent, Pallium videlicet per Auguſtos Metropolitæ traditum, & cum Pallio metropolitæ-am poteſtatem. Porro in ea re mirari ſubit Rubei judicium, qui cum de Pallio agens ea ſibi cautio-ne utendum cenſuerit, ut Pallium traditum dix-erit, non illud quidem, quod à Summo Pontifice Metropolitæ traditur, ſed quoddam Imperiale indumentum; abſolutè, & abſque diſtinctione-ulla, & ab Agnello acceperit, & Poſteris tradi-derit, Valentinianum Ravennati Archiepiſcopatu-i duodecim, vel quatuordecim Episcopos ſubjeciſſe. Rem avidè arripuit, fabulæque uſus eſt Marcus Antonius de Dominis de Repub. Eccl. lib. 6. nu. 136. hæc ſcribens; Metropoliticum jus Eccleſiæ aliis auferre, aut ſaltem imminuere, & Diceſes divi-*

C**D****E**